Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36519
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



75

finierunt testimonium suum. bestia
q ascendit de abysso faciet adusus
illos bellum. et uincet illos. & occidet.
et corpa eorum iacebunt in platea ciuita
tis magne ubi dns eorum crucifixus est.
et post tres dies et dimidium spiritum uite
intrabit in eos. De diuino iudicio.
Statim autem post tribulationem
dierum illorum sol obscurabitur.
et luna non dabit lumen suum.
et stellae cadent de celo. et uirtutes celorum
mouebunt. & tunc apparebit signum
filii hominis in celo. et abscondet omnis
homo se in speluncis. et dicet montib
et petris cadite super nos. et abscondite
nos a facie sedentis super thronum.
quo uenit dies magnus ire ipsi. Et
mittet angelos suos cum tuba. & uo
ce magna. et congregabunt electos eius
a quattuor ventis celi. usque ad terminos eorum.
Tunc ipse dns in nubibus. et in nuo. archangli
et in tuba dei descendet de celo. et tunc
precedent boni in resurrectionem uite.
mali in iudicium. Moriet et infernus
dabunt mortuos suos qui in eis erunt.
et uidebit omnis oculus filium hominis
uenientem in nubibus celi. cum uirtute
multa. & maiestate Veniet autem
dns ad iudicium non solum cum
angelis. sed et cum senatoribus populi sui.
Nobilis imperiis uir ei. cum sederit
cum senatoribus terre. Sedebunt xii.
et ipsi super sedes xii. iud. xii. tribus israhel.
Omnes gentes congregabuntur ante eum.
et separabit eos ab inuicem. et statuet
bonos a dextris. malos autem a sinistris.

Qui nil pdt dampnandis.
Quam tunc erit timor
et tremor. quam erit fletus et gemi
tus. Nam si columpne celi contre
mescent. et pauent ad aduentum
eius. et angli pacis amare flebunt.
peccatores quid facient. Si iust uix
saluabitur. impius et peccator ubi pa
rebunt. Quis non timeat iudicem
potentissimum. sapientissimum. &
iustissimum. potentissimum. quem
nemo potest effugere. sapientem quem
nemo potest latere. iustissimum quem
nil potest corrumpere. Si fortitudo
queritur robustissimus est. sapientis
simus est corde. et fortissimus robore.
Si equitas iudicii queritur. nemo au
det pro me testimonium reddere.
Si iustificare me uoluero. os meum
condempnabit me. paruum me
conpbabit. Nulla excusatio est inuisi
bilis inconspectu dni. Ipse iudex
iustus fortis et longanimis. qui nec
prece nec precio. nec amore nec odio
declinat a sententia recti iudicii.
nullum malum impunitum.
nullum bonum relinquit irremunera
tum. Hic nemo potest corrumpe
uacua illud iphe: Reddet sin
gulis secdm opa sua. De die iudicii.
Quis autem non timeat
illud examen. in quo
idem erit accusator. & iudex.
accusabit enim eum dicet furum
si ded. in mand. et cetera.